



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De irregularitate, quid sit, & quotuplex cap. 57.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

Octauum. Vnde Cessatio à diuinis nil est aliud, quàm speciale Interdicti genus, non est tamen censura, sed tantum quædam obmissio diuinorum officiorum, quare nec propter illius violationem incurritur irregularitas.

*De Irregularitate quid sit, & quotuplex. Cap. 57.*

**I**rregularitas est \*canonica inhabilitas ordines suscipiendi, aut susceptos exercendi à solo iure proueniens. Si irregularitas est ante ordinum susceptionem, hominem ineptum reddit ad suscipiendum, si vero post, reddit inhabilem, ad eorum exercitium. Dicitur inhabilitas canonica, respectu illius, quæ est de iure diuino vt in infideli, & scemina, ex S. Bonauent. & Dur. quarto dist. 25. Irregularitas duplex, vna ex defectu, altera ex delicto, prior ablato defectu sæpe tollitur, at posterior manet, etiam

ablato



ablato delicto, nisi dispensetur.  
Quæ ex delicto est, prohibet pro-  
motionem nondum acceptorum  
ordinum, & in susceptis admini-  
strationem, at quæ ex defectu est,  
non semper in susceptis prohibet  
ministrare. Concil. Trid. dat Epi-  
scopis dispensandi facultatem in  
omnibus irregularitatibus ex oc-  
culto delicto prouenientibus non  
autem in cæteris. Illud tamen sci-  
endum non contrahi aliquam ha-  
rum irregularitatum, nisi quando  
iure exprimitur: Etsi vero in du-  
bio iuris, iudex non debet aliquem  
irregularem decernere, potest ta-  
men in dubio facti quantum ad  
ea quæ ad salutem animæ spectant  
vt est celebrare &c. quo modo in  
simili dubio debet etiam quilibet  
in foro conscientie se ipsum ir-  
regularem existimare. Sed neu-  
ter si pœna tantum imminet grauis  
fori contentiosi, vt priuationis be-  
neficiorum obtentorum.